THOMAS DE AQUINO OP U. A.

Österreich oder Deutschland, 2. Hälfte 15. Jh. Seite 172r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31491
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



172

Mathcus

Tu vade [illegible] morte [illegible] propter
mulierem a pleuro liberat. Ceco omni
spiritu. Iudei et mutu demonium eiet
et in prope demonio ad faciendum.

Capitl. 10. Mittit ad predicandum apostolos
mandans ne possideat aurum neque argentum
neque pecuniam. No pera neque duas tunicas
neque calciamenta neque virgam. Dignus enim operario
cibo suo. Intrantes domum dicite pax
huic domui. Ecce ego mitto vos sicut oves in
medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes
et simplices sicut columbe. Cauete autem ab hominibus
tradent enim vos. Dabit vobis quod loquamini.
No enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri
qui loquitur in vobis. Frater autem tradet fratrem in mortem.
Et pater filium. Et insurgent filii super patres
et morietur eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum.
Qui autem perseuerauerit usque in finem hic saluus erit.
Cum autem persecuti fuerint vos
in ciuitate hac fugite in aliam. No enim consummabitis
omnes ciuitates israel donec veniat filius hominis.
Non est discipulus super magistrum nec seruus super dominum.
Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius
et seruo vt dominus eius. Si patrem familias
appellauerunt beelzebub quanto magis domesticos eius.
Nolite igitur timere eos. Nichil enim
est opertum quod non reuelabitur. Et occultum quod non
scietur. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine.
Et quod in aure audistis predicate super tecta.
Et nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt
occidere. Sed potius timete eum qui animam et corpus
potest perdere in gehenna. Nonne duo passeres
asse ueneunt. Et unus ex illis non cadet super terram
sine patre vestro. Vestri autem capitis omnes numeri
sunt. Nolite ergo timere. Multis passeribus
pluris estis. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus
confitebor et ego eum coram patre meo qui in celis est.
Qui autem negauerit me coram hominibus
negabo eum coram patre meo qui in celis est.
Qui amat patrem aut matrem plus quam me non est me dignus.
Et qui non accipit crucem suam et sequitur me non est me dignus.
Qui inuenerit animam suam perdet eam et qui perdiderit animam suam
propter me inuenietur eam.